

☉ Rex Regum, Dominus Dominantium qui es super omnes
Dominaciones, et potentias sempiternas, lux et inextinguibilis
et infinita, solus Rex divitiarum, et misericors exaudi
me per gratiam tuam, et fac ut Planeta Sol sit mihi
obediens Amen.

Coniuratio ☉

Adiuro te Sol qui es absque mendaciis indomabilis, et
Lumen in die quatuor temporum facis, da mihi in
hac operatione auxilium, et te adiuro, et hæc nomina
Alivias, Inbilum, Hædiana, Agrifial, Livial,
ut me exaudias, et adiuves in hac operatione.

Oratio ♀

☽ Deus qui es summe bonus, et sine venenâ malitia om-
nium amator, infinite bonitatis, inestimabilis Amoris
et benevolentia versus humanum genus te oro mise-
ricors, ut gratiam mihi bonam concedas, et completa
operationem, et fac ut Planeta Venus mihi sit
obediens in hoc opere.

Coniuratio ♀

Adiuro te pulcherrima, et lucidissima Venus super gratiam
et operationem, et hæc nomina Inith, Laues, Tumbor,
Anodi, Sury, Conchay, in his te adiuro, ut exaudias
me